

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XV

urn:nbn:de:bsz:31-97032

CAPUT XV.

DE CÆPIS, CHELIDONIO,
CANNABI & CONFERVA.

Cæparum Aſcaloniarum peculiaris eſt natura. Solæ fiſſiles & quaſi ſteriles à radice conſiſtunt, nec ea creſcere poſſunt parte. *Theoph. l. 7. cap. 4.* Non igitur deponuntur, ſed ſemine ſeruntur, circa ver in germine transferuntur. In Creta genus etiam eſt, quod craſſatur quidem in radice, ſatum ſemine, depositum vero, in caulem diffunditur & ſemen, ſine capite ſapore, que dulce eſt. Elini ſemine cæpis indico naſcitur herba, lini folio, ſapore acri: Draconem vocant. Luſit tamen ſatio *Scaligerum*, miraculi cum experiretur certitudinem. *Scalig. Exercit. 169. f. 2.* De *Chelidonio* narrantur hirundines ex cæcatis pullis, admoto eo, viſum reſtituere. *Dioſc. lib. 2. cap. 186.* Hinc *Ariſtot. 4. de gener. anim. c. 6.* Si quis hirundinum adhuc novellarum oculos præpungat, rursus incolomes reddentur. In calceis delatam, ſi nudis pedibus attingatur, ictericos ſanare, proditum. Mammis certe mulierum admota, menſium ſiſtit abundantiam. *Mathiol. ad Dioſc. loc. cit. Cannabis* ſativæ ſemen gallinas ovi feraciores reddit, extinguit genituram hominum, copioſius ſi ſumatur. *Mathiol. ad l. 3. Dioſc. c. 48.* Recens decoctum expreſſa fortiter herba, terreſtrium lumbricorum caverniculis inſperſum eos evocat: quin & vermiculos in aurem ſi intraverit. *Plin. l. 20. c. 2. 3.* E foliis pulvis *Aſſis* dictus ab *Egyptiis* conficitur, & cum aqua dulci in maſſam cogitur. *Quinque* boli comelli inſaniam & *Ecſtaſin* mitam inducunt. *Alpin. l. 4. de Medicina Egypt. c. 2. Conferva* peculiaris eſt *Alpinis* maxime fluminibus. Curatus ea, omnibus fere offibus conſectis, delapſus arbore putator. Circumdederunt univerſo corpore, & aqua ſua quoties inareſceret, conſperſerant. Raro hoc quamvis peregerint, vix tamen credibili reſtitutus eſt celeritate. *Mathiol. ad. l. 4. Dioſc. cap. 94.*

CAPUT